

Sermo

in eis legere. id est interiora et spiritu alia cogitare. Unde pri. cor. ij. **C**arni malis homo non percipit ea que sunt spiritus dei et corripitur. id est expelletur a superueniente iniquitate. quia ex quo semel veit: nunquam inde recedit. Ad quomodo autem veniat notatur cum dicitur. Ille testimonium perhibebit et testificatus est spiritus sanctus christum esse deum. in eo quod tam magnus donum de celo apostolis permisit. Testificatus eum resurrexisse a mortuis. quia homo mortuus solvere non valet permittum. sed christus mittendo paracletum soluit apostolis quod permisit. Et notandum quod specialiter novem sunt que de ipso testimonium perhibuerunt.

Primo pater in baptismo et in transfigurationatione dicens. hic est filius meus dilectus etc.

Secundo spiritus sanctus descendens super eum in columbe specie. et super apostolos apparens in igne.

Tercio opera miraculorum que nemo alius fecit. alij enim sancti proprie non faciunt miracula: sed fiunt a deo propter eorum merita. Unde Jo. xv. **S**i opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent.

Quarto moyses in lege. Unde Jo. v. **S**i crederetis moysi: forsitan crederetis et mihi. de me enim ille scripsit. Deutero. xvij. **P**ropheta suscitabo tibi de gente tua et de fratribus tuis. ipsum sicut me audies. quod sicut moyses dedit legem. ita et in hoc christus fuit ei similis.

Quinto scriptura prophetarum et totius veteris testamenti. Unde apoca. xij. **T**estimonium est ihesu spiritus prophetie. Joh. v. **S**crutamini scrip-

Septuagesimastercius

curas. quia vos putatis in ipsis vitam eternam habere. et isti sunt qui testimonium perhibent de me.

Sexto iohannes baptista. Joh. vi. **V**os misisti ad iohannem: et testimonium perhibuit veritati: cum ait. Iesus me venturus est qui ante me factus est. Item **E**cce agnus dei etc.

Septimo turba acclamantium in die palmarum. Benedictus qui venit etc. Unde Joh. vij. **T**estimonium perhibebat turba que erat cum eo qui lazari vocavit de monumento.

Octavo apostoli. de quibus dicitur hic. vos testimonium perhibebit etc. Unde actu. in **V**irtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis ihesu christi domini nostri. et hoc multipliciter. In linguarum locutione. In predicationis certitudine. In miraculorum operatione. In flagellorum percellione.

Nono martires. Mathe. xliij. **V**os estis testes mei dicit dominus. qui etiam sanguinis effusione testificati sunt christum. Unde martir idem est quod testis. **H**ec testimonia omnium credibilia facta sunt nimis.

Eodem die.

Sermo. lxxij. de epistola.

Ad te omnia mutuas in vobismetipsis caritate committimus fratres. In verbis istis hortamur ad caritatem. In quibus omnium dicitur quia sit dignitas caritatis. qualiter sit honesta. et quis sit effectus eius. **D**ignitas caritatis notat cum dicitur. **A**n omnia. scilicet caritate fratres. **S**ed huic videtur oblatio quod dicitur. **A**n omnia nolite iurare.